Nr. 4244.

# CURRENDA XIX.

## A. D. 1871.

### Nr. 165. pr.

In nexu cum Nostra publicatione in initio Currendae XIV. ex 1861. circa facultatem P. T. Ordinariis in terris austriacis a Sancta Sede concessam intuitu concedendae Conventibus religiosis licentiae bona sua alienandi, onerandi aut locandi, nunquam non vero in commodum et utilitatem eorundem — communicamus sequentibus cum P. T. Clero dioecesano Litteras Apostolicas Summi Pontificis Pii IX. prorogationem istius facultatis ad sequens decennium involventes.

## PIUS PP. IX.

### Ad futuram rei memoriam.

Supremam in Ecclesia Dei divinitus delatam Nobis potestatem exercentes extraordinarias pro re ac tempore Facultates concedimus, quum id Ecclesiae ipsius major utilitas, vel commodum suadeat. Hac mente nonnullas similibus Nostris Litteris Apostolicis die XVI. Aprilis MDCCCLXI datis (publicatis Curr. XIV. 1861.) Facultates de regularium bonis in Austriaco imperio existentibus alienandis, ac de oneribus super iisdem imponendis largiti sumus ad decennium, quo exacto opportunum ducimus, easdem facultates in aliud tempus proferre. Quapropter motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostra Apostolicae Sedis Nuntio apud Carissimum in Christo Filium Nostrum Austriae Imperatorem pro tempore existenti, vel ei qui ejusdem Nuntii vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, atque Episcopis et Praesulibus, ut vocant, nullius dioecesis in universa memorati Imperatoris ditione existentibus, iis tamen exclusis, qui in provinciis Italiae consistunt, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte ejusdem dioecesis, quae in imperio Austriaco comprehenditur, ad aliud decennium dumtaxat a datis hisce Litteris computandum facimus potestatem concedendi in sua quisque dioecesi Facultates sequentibus articulis comprehensas — I° — Alienandi bona regularium ordinum usque ad summam Florenorum octo millium monetae Austriacae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta

tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose, ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione per sacros canones ecclesiasticis viris interdicta. — II° — Imponendi bonis regularium onera, quae non excedant summam Florenorum duodecim millium; rationem tamen ac terminum praeficiendo, quo aes alienum dissolvatur. Quod si necessariae instaurationes ac melioramenta in aliquo regularium fundo occurrant. neque aes alienum contrahi, et nonnisi per alicujus boni ad eosdem regulares pertinentis venditionem necessitati provideri queat, hoc in casu concedendi Facultatem perficiendi venditionem cum conditione, ut, si ex pretio percepto pars superfuerit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Quod si vendenda bona sint, vel onera iisdem imponenda, quae pretium excedant superius definitum, eo in casu regulares suas deferre preces debebunt vel directe ad S. Sedem, vel ad Nuntium Apostolicum, cui proinde facultatem facimus petitam veniam concedendi, si hoc in domino expedire judicaverit. — III° — Firmis manentibus Ordinariis facultatibus causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium, concedendi facultatem locationes ipsas et conductiones ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis canonicis praescriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos, et obsecundandum aliqua ratione consuetudini quae in Austriaco imperio invaluit, ut bonorum ecclesiasticorum possessores, a respectivis conductoribus reditus, seu praestationes accipiant, facultatem concedendi reditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum ita tamen, ut illae quoad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore persolvenda sit; quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediatur, quae a conductore per anni spatium persolvatur. — IV. — In casibus urgentis necessitatis atque utilitatis religiosae Familiae in quibus ad alienationem, seu onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largimur absque praefinitae pecuniae summa alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adjecta conditione, ut in posterum ea de re ad Nuntium Apostolicum, sive directe ad Sanctam Sedem singillatim accurateque referatur. Porro in omnibus et singulis casibus integram semper esse volumus facultatem postulationes ad Apostolicam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea, ut in singulis hujusmodi concessionum casibus sive ab Apostolico Nuntio, sive ab Antistitibus dioecesanis superior localis et respectivum Capitulum religiosae familiae audiatur, atque canonicae praescriptiones accurate serventur, ac praesertim Constitutio fel. me: Pauli II Praedecessoris Nostri, quae incipit „Cum in omnibus" edita die XI. Maji MCDLXV. ac proinde in omnibus et singulis facultatibus, seu concessionibus volumus et mandamus, ut pateat, ac probata sit religiosae familiae necessitas vel utilitas, eumque in finem in singulis item casibus non modo superioris localis et respectivi Capituli consilium, ut supra dictum est, audiatur, verum etiam honesti nominis et probati judicii viri antea consulantur. Jubemus denique, ut in omnibus et singulis actis venditionis seu alienationis, et onerum impositionis, atque etiam locationis ad annos quindecim mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus, jubemus, mandamus, non obstantibus Pauli II. Praedecessoris Nostri aliorumque Praedecessorum Nostrorum de

rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus speciali licet memoria dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Septembris MDCCCLXXI.

*Pontificatus Nostri Anno Vigesimo sexto*

**Pro Dno Card. Paracciani Clarelli F. Profili Substitutus.**

Loco † sigilli

---

*Concordat cum Originali quod in tabulario S. Nuntiaturae apostolicae asservatur.*

In quorum fidem etc. Vindobonae die 11. Octobris 1871.

**M. Falcinelli**

Archiepiscopus Athenarum Nuntius Apostolicus.

---

Nr. 3492/1.

**Excellme et Rme Domine.**

Honori mihi duco, hisce adjicere Litteras Apostolicas in forma Brevis datas die 23, p. p. mensis Septembris, quibus facultates a Sancta Sede Apostolica de bonis Ordinum Regularium alienandis, vel oneribus super iisdem imponendis, die 16. Aprilis 1861. ad decennium pro hoc Imperio et Regno Hungarico benigne concessas, SSmus Dominus paterna sollicitudine qua Ecclesiae Universae necessitatibus sapientissime consulit, in eorumdem Ordinum Regularium commodum et utilitatem prorogare dignatus est ad alterum decennium a die computandum, qua praelaudatae Litterae Apostolicae datae sunt.

Renovo hac etiam occasione peculiaris observantiae sensus, quos profiteor

Excellentiæ Vestræ Rmae

Vindobonae die 11. Octobris 1871.

Uti Frater addictissimus

M. Archiep. Athen. Nuntius Apostol.

---

## Nr. 3549.

Odnośnie do wys. reskryptu c. k. Namiestnictwa z dnia 12. Września 1870. ogłoszonego w kur. XV. i XVI. r. 1870. str. 115. względem wyciągów z metryk o śmierci osób do wojska przynależnych, poniżéj podajemy do wiadomości i zachowania Wielebn. Duchowieństwa inne rozporządzenie wysok. c. k. Namiestnictwa dotyczące się takichże osób w téj części Państwa zmarłych, ale w **królestwie Węgierskiem urodzonych.**

L. 39635.

Odnośnie do zakomunikowanego tutejszym reskryptem z dnia 12. Września 1870. L. 33377. rozporządzenia ministerstwa spraw wewnętrznych z dnia 27. Lipca 1870. L. 10148. dotyczącego utrzymywania ewidencyi zaszłych śmierci mężczyzn przed ukończeniem **23. lat życia**, oznajmił Jego Ekscelencya pan Minister spraw wewnętrznych reskryptem z dnia 28. Sierpnia b. r. L. 11081. że król. Ministerstwo węgierskie spraw wewnętrznych zaprowadziło i na Węgrzech podobne zarządzenie z tym dodatkiem, że o śmierci urodzonych (w krajach i królestwach zastąpionych w Radzie Państwa) mężczyzn powyżéj określonych, jeżeli się takowa na Węgrzech wydarzyła, mają prowadzący tamże księgi metrykalne donieść w téj części Państwa ustanowionym **urzędom politycznym**, w których obrębie leży miejsce urodzenia rzeczonych osób.

Odpowiednio do powyższego zarządzenia mają prowadzący metryki w obrębie **z téj** części Państwa donosić wys. c. k. Ministerstwu spraw wewnętrznych w drodze dotyczących **urzędów politycznych** o zaszłéj tutaj śmierci osób płci męzkiéj przed skończonym **23. rokiem** życia, **jeżeli rodziły się w królestwie Węgierskiem.**

Zawiadamia się o tem Przewielebny Konsystorz biskupi z tym dodatkiem, że równocześnie udzielono treść powyższego reskryptu ministeryalnego wszystkim c k. Starostwom król. Galicyi i Magistratom we Lwowie i Krakowie, celem dalszego stósownego powiadomienia prowadzących metryki.

Lwów dnia 14. Października 1871.

W Tarnowie 26. Października 1871.

---

## Nr. 3710.

**Annunciatur praenumeratio pro imagine S. Josephi lapidi Romae incisa et parvae dimensionis, quae breviario facile accommodari poterit. Pretium unius exemplaris est unus obulus seu 2 ½ centes. v. austr. quae tamen praenumeratio tandem executioni mandari poterit, si saltem 80. praenumeratores praescripserint. Uberior explicatio istius propositi continetur tenore litterarum A. R. Curati Jaenig Rectoris et convisitatoris Apostolici Romae in Campo sancto in Vaticano prouti sequitur.**

***Reverendissime Domine!***

**Post Decreta Generalia S. D. N. Pii P. IX. d. 7. Julii 1871, quae S. Joseph et S. Alphonsum novis augent honoribus, procul dubio ab omnibus Horas Canonicas recitantibus additamentum aliquod desideratur Breviario commode inserendum. Quem in finem celeberrimam picturam Fratris Bartholomaei Ord. Praed. lapidi incidi curavi juxta exemplar appositum, quod cuilibet formae Breviarii facillime potest accommodari, eamque Venerabili Clero Saeculari et Regulari istius Dioecesis humanissime offero, una cum Calendario pro a. 1872. vel quovis alio modo divulgandam. Quodsi exemplaria numero saltem 80. vel alio majori, qui octogenario dividi potest, comparantur, exemplar unum**

franco haberi potest vili pretio UNIUS OBULI seu centesimarum quinque, et quod supererit, erogabitur ut INSTAURETUR Ecclesia meis curis concredita qua in Orbis Urbe nulla est vicinior Basilicae S. Petri. Neque opus est, ut pecunia ante acceptas imagines mihi transmittatur; sufficit si Dominatio Tua Rma inferiorem praesentis folii partem APERTAM ad me dirigat apposito NUMERO exemplarium, quae desiderantur. Qua occasione gratissimum mihi erit, si D. T. Rmae placeret includere ephemeridem quamdam catholicam vel quodcumque aliud folium particulare typis impressum, e. g. elenchum Cleri vel Calendarium Dioecesanum.

Pro qua gratia etc.

CAROLUS JÆNIG
RECTOR ET CONVISITATOR APOSTOLICUS
*In Campo Sancto in Vaticano.*

---

## Nr. 3957.

Wysokie c. k. Namiestnictwo we Lwowie z dniem 20. Listopada 1871. do L. 48907. przesłało do Konsystorza biskupiego okólnik wydany do c. k. urzędów pocztowych w sprawie wolnego portoryum, który poniżej do wiadomości i zastósowania się Wielebnego duchowieństwa w tekscie autentycznym podajemy.

Nr. 18995.

### Circulare an sämmtliche hierbezirkige Postämter.

Laut Eröffnung der k. k. Statthalterei in Lemberg, vom 18. October 1871. Nr. 43050., kommen zalreiche Beschwerden vor, daß von Seite der k. k. Postämter für Geldsendungen der k. k. Steuerämter an die Consistorien troz der auf derselben befindlichen Bezeichnung „für Rechnung des Staates gesammelte Gelder" Postporto eingehoben wird.

Man findet sich daher veranlaßt, den Postämtern die Bestimmungen des Art. 8. des Porto Freiheitsgesetzes v. 2. October 1865., nach welchem solche Sendungen portofrei zu behandeln sind, zur genauesten Darnachachtung in Erinnerung zu bringen.

Lemberg am 30. Oktober 1871.

---

## Nr. 3794.

Quidam parochus e dioecesi Nostra, qui nominari non vult habens mediocre beneficium in consequentiam Nostrae publicationis in Cur. XIV sub Nr. 1952. declarationem Nobis substravit, ejus tenoris, quod inde a. 1. Januarii 1872. incipiendo, quotannis mense Januario 10. fl. v. a. pro S. Patre et ejus exhausto aerario sit oblaturus. Utinam ejus exemplum plures in dioecesi Nostra imitatores haberet.

Tarnoviae die 16. Nov. 1871.

---

## Nr. 3926.

R. Vincentius Piksa concinnator directorii Cracoviensis imprimi curavit exemplaria Commemorationis propriae OO. SS. Martyrum pro die 26. Decembris in Missa S. Stephani Protomartyris et Commemorationis propriae OO. SS. Apostolorum pro die 29. Junii in Missa SS. Apostolorum Petri et Pauli cum Nostra approbatione, quod pro notitia ac directione eorum e Venerabili Clero Diœcesano, quorum interest, praesentibus publicatur.

---

## L. 3845.

W dzienniku ustaw i rozporządzeń krajowych dla królestwa Galicyi i Lodomeryi wraz z wielkiem księstwem Krakowskiem r. 1871. Część XV. Nr. 27. ogłoszone zostało obwieszczenie c. k. Namiestnictwa z dnia 10. Października 1871. L. 43521. zawierające na mocy wysokiego Reskryptu c. k. Ministerstwa obrony krajowéj z dnia 14. Sierpnia r. b L. 8459/2467. II. (Ia. część instrukcyi) o wojskowym stosunku służbowym, w linii lub rezerwie zostających osób c. k. armii i marynarki wojennéj, po za czas czynnéj służby o utrzymaniu tychże w ewindencyi i o peryjodycznych ćwiczeniach bronią, i t d. z które to instrukcyi w oddziale IV. wyjmujemy §. 19. o ożenieniu stale urlopowych i rezerwowych, tak opiewający:

„§. 19. **O ożenieniu**. 1. Poza czas czynnéj służby podlegają stale urlopowani i rezerwowi, skoro przekroczyli trzecią klasę popisową, co do ożenienia się powszechnym ustawom i przepisom, wszelako z zachowaniem obowiązku służenia w stałéj armii (marynarce wojennéj) i landwerze.

2. Urlopnik lub rezerwowy, który trzeciéj klasy wieku nie przekroczył, potrzebuje do swego ożenienia pozwolenia władzy wojskowéj.

Prośby o dozwolenie małżeństwa mają być wnoszone — zupełnie instruowane — u téj władzy politycznéj (wyższego urzędnika powiatowego), do któréj przynależy dotyczący z ewidencyą.

3. O zawartem małżeństwie należy donieść przy najbliższem zgromadzeniu kontrolnem ustnie za przedłożeniem metryki ślubnéj lub wierzytelnego odpisu tejże, a oficer odbywający zebranie kontrolne, wciągnie zgłoszenie do paszportu wojskowego na odpowiedniem miejscu *).

---

## L. 128. Schol.

Tristem his diebus a Consilio scholastico Leopoliensi accepimus relationem de eo, quod quidam curatorum et vicariorum frequentationem scholar. local., fine tradendae ibidem religionis plane negligant, quidam vero eam rarissime frequentent, et fertur, quod Communitates ipsae tempore visitationis scholasticae coram Visitatore querelas eapropter moverint.

---

*) Przypisy do notatek osobowych i t. d.

Magno cordis dolore enim sumus affecti — cum toties jam repetiverimus excitationes Nostras ad fidelem et diligentissimam religionis doctrinam in Ecclesia et in scholis tradendam, quae apud quosdam frustraneae fuerunt.

Hinc denuo revocamus in memoriam provocationes Nostras in Cur. VIII. ex 1864., Nr. 1359. — et in Cur. I. ex 1870., Nr. 310 — et strictissimam earum observantiam hisce urgemus, ne querelis in hac re ultro locus detur.

Super fideli et conscientiosa adimpletione hujus gravissimi momenti officii D. D. Decani solerter invigilabunt, et negligentes Nobis indicabunt. die 21. Decembris 1871.

## Nr. 2554.

Nic tak zbawiennie ducha wzruszyć i cudownych niemal sprawić skutków nie zdoła jak dobra wymowa, zwłaszcza, gdy jest namaszczoną słowem Bożem i przejętą duchem wiekuistéj prawdy. Zauważył to już Czarnkowski za czasów, kiedy w 16tym stuleciu gorąca wrzała walka między dysydentami a wyznawcami katolickiego kościoła. Przeto też uwagę swoję zwrócił szczególnie na kaznodziejstwo i na środki do tegoż pomocnicze.

Do środków tych, jak wiadomo, należy przedewszystkim biblia św., tego niewyczerpanego źródła mądrości Bożéj a potem księgi ojców kościoła i t. p.

Pewną jest rzeczą, iż żaden z mowców nie zabiera się do ułożenia swego kazania dopóki uprzednio z uwagą i pobożnie nie przeczyta kilka ustępów z ewanielii i z ksiąg proroków nadto z psalmów z ksiąg mądrości i ż listów apostolskich. Natchniony wzniosłemi myślami, zagrzany nieskończoną miłością Boga, którą pismo św. opiewa, przejęty cały duchem niebiańskim, przelewa dopiero swoje myśli i uczucia na papier. Radzimy, aby wszyscy Kapłani przejęci ważnością swego posłannictwa nauczycielskiego, zanim się do układania kazań lub innych nauk religijnych zabierać mają, za przykładem owych mowców zaczerpnęli pierwéj światła i ducha Bożego z ksiąg świętych, zaopatrzonych mianowicie komentarzami, których uczeni mężowie w dziedzinie teologicznéj dostarczają, a których obecnie bardzo łatwo nabyć można.

Oto właśnie teraz wychodzi z druku i jest do nabycia w księgarni katolickiéj w Krakowie „Psałtérz z objaśnieniami i uwagami księdza Fr. Pawłowskiego zaszczytnie na polu egzegetyki znanego pracownika. Mniemamy, iż gorąco polecając W. Duchowieństwu jego pracę, przyczyniamy się do dobra ogólnego, bo dzieło tego warta.

W Tarnowie dnia 25. Lipca 1871.

## L. 4245.

R. **Thomas Brzeska** Superior Missionis e Congregatione sacerdotum polonorum sub patrocinio Resurrectionis D. N. J. C. (vulgo Zmartwychwstańcy) Adrianopoli immisit 945. Missas fine persolutionis inter P. T. Clerum Dioecesanum distribuendas, pro bono praefatae congregationis. Invitantur itaque Venerabiles Fratres ad participandum in hac persolutione, respectivi autem P. T. Decani consignationem tum sacerdotum qui persolutionem Missarum susceperant, tum numeri susceptarum a quovis Missarum Consistorio suo tempore anteponent.

E. Consist. Tarn. 31. Dec. 1871.

**Nr. 4231.**

**Przełożonym gmin** wydawać należy z urzędu metryki śmierci i ślubu rezerwistów i urlopników.

C. k. Namiestnictwo we Lwowie. Nr. 47017.

W myśl §. §. 8, i 27. 4. instrukcyi o utrzymywaniu w ewidencyi urlopników i rezerwistów wojskowych (Dz. ust. kraj. z r. 1871. Nr. 27.) są **przełożeni gmin** obowiązani, w wypadkach śmierci **urlopników i rezerwistów** zasięgać bezpośrednio krótką drogą metryki śmierci i przedkładać je wraz z paszportami wojskowemi władzom dotyczącym.

Ponieważ niektóre urzędy parafialne odmawiały przełożonym gmin wydawania z **urzędu metryk śmierci** w celu powyższym, lub odsyłały je w prost do władz wojskowych lub politycznych, co pociąga za sobą przewlekanie czynności ewidencyjnych i zbyteczne korespondencye, upraszam uprzejmie Przewielebny Konsystorz o wydanie okólnika do podwładnych urzędów parafialnych, by w każdym wypadku śmierci urlopnika lub rezerwisty udzielały bezzwłocznie wyciąg metrykalny przełożonemu gminy do dalszego przedłożenia.

Ponieważ dalej §. 19. 3. powyżej powołanej instrukcyi wkłada na urlopników i rezerwistów obowiązek, by o zawartem małżeństwie donosili przy najbliższém zebraniu kontrolném przedkładając metrykę ślubu lub wierzytelny odpis tejże, zechce Przewielebny Konsystorz wezwać zarazem urzędy parafialne do **wydawania stronom** z urzędu żądanych w tym celu **wyciągów metrykalnych**.

Lwów dnia 12. Grudnia 1871.

Wiel. Duchowieństwu do najściślejszego zachowania.

Z Konsystorza bisk. W Tarnowie 30. Grudnia 1871.

---

**L. 129.**

Marcin Mędrak, 26. lat liczący, żonaty, spokojny, trzeźwy, uległy, w Ciężkowicach zostający, życzyłby sobie otrzymać posadę organisty i nauczyciela parafialnego. Żona jego zajmowałaby się nauczaniem dziewcząt szycia i innych robót.

W Tarnowie dnia 21. Grudnia 1871.

---

**E Consistorio Episcopali,**

**Tarnoviae die 31. Decembris 1871.**

**JOSEPHUS ALOJSIUS,**

**Episcopus Tarnoviensis.**

*Cyprianus Netuschill,*

Cancellarius.

---

Tarnoviae, 1871. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis Impensis Consistorii.